quod es. vt cũ summa pene tras esse te homiẽ3 recognoscas. q̃ten⁹ dũ vltra te rapeؕris ad temetipsum sollicit⁹ infirmitatis tue freno reuoceris. Vñ necesse est vt cum virtutũ nobis copia blandiatur. ad infirma sua mentis oculus redeat. seseq3 salubriter deorsu3 premat. ne recta q̃ egit s3 ea q̃ agere neglexit aspiciat. vt dũ cor ex memoria infirmitatis atterit᷑. apd̃ humilitatis auctorem robustius in virtute solidet᷑. q̃a et plerũq3 omĩpotẽs de⁹ idcirco rectorũ mentes q̃uis ex magna pficit impfectas tamen ex parua aliqua parte derelinquit. vt cũ mẽtẽ virtutibus rutilant impfectionis sue tedio tabescant. ⁊ nequaq̃3 se de magnis erigãt. cum adhuc 9tra se minima innitentes laborant. sed quia extrema nõ valent vincere de precipuis actib9 nõ audeãt superbire. Ecce bone vir rephensionis mee necessitate cõpulsus. dum monstrare qualis debeat esse pastor inuigilo. pulchrum depinxi hominẽ pictor fedus. aliosq3 ad pfectõnis litus dirigo qui adhuc in delictoꝝ fluctibus versor. Sed in huius queso vite naufragio orationis tue me tabula sustine. vt quia pondus ꝓprium deprimit. tui me meriti manus leuet.

¶ Explicit liber regule pastoralis Gregorij pape. ad Johannem archiepiscopũ Rauennensem. Impressus Argentine. Anno domini M.cccc.xcvj. Finitus i die eiusdem sancti Gregorij pape.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-496/0154
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG